

presentia carere; et cum meis corporalibus oculis vos videre nequeo, vestram clementiam humillime rogo, quatenus cum vestris litteris, quemadmodum seculares casus erga vos se habeant, mihi notificare dignemini; quia nulla res est, quam magis desiderem, quod Deus velit, quod ^{a)} tuis prosperis congratulari [vellem?] et a vestris, quod Deus avertat, nollem abesse tristitiis ^{b)}).

Nr. 3.

Bischof B. von Piacenza beschwert sich bei Papst P. darüber, daß Bischof Aldo von Luni zwei placentinische Kleriker in seiner Kirche ordiniert hat.

Hs. fol. 193^r.

Piissime religionis ^{c)} summo pontificum pontifici P. Placentine e[cclesie] presul B. licet indignus debite subiectionis obedientiam. Vestre sanctissime paternitatis pedibus sancta P[lacentina] ecclesia prostrata honestissime vestre religionis auribus cum precibus querelas de Aldone Lunensi presule fundere non cessat, qui duos sancte P[lacentine] ecclesie clericos ad sacrum ordinem iniuste promovit et etiam [in?] sua ecclesia ordinavit. Quos sepiissime ^{d)} secundum canonum statuta revocare studuit, ipsi ^{e)} vero sue catholice matri inobedientes atque ad eam reverti nolentes anathematizati sunt. Q^R ^{f)}).

Nr. 4.

Bischof L. teilt allen Erzbischöfen, Bischöfen und Äbten mit, daß der Mönch (Geistliche?) M. einen Mord begangen hat.

Hs. fol. 193^v.

Omnibus archiepiscopis atque episcopis necnon abbatibus atque archiepiscopis ^{g)} sancte ecclesie rectoribus L. presul licet indignus in Christo salutem. Humani generis callidus ^{h)} et subdolus hostis sua superbia a prima sede [se?] eiectum ac in eterna flamma perustum et sine fine perurendum cognoscens nobis peccatoribus cotidie insidiari non cessat, quos sola Dei pietate in paradisy sede collocatos cognoscit ⁱ⁾), unde sua arrogantia expulsus fuit. Cuius suggestionem et serpentina

^{a)} so Hs.; zu korr. in quam? ^{b)} später anscheinend zu tristatus verändert Hs. ^{c)} korr. aus religionis Hs. ^{d)} sepiissime Hs. ^{e)} ipse Hs. ^{f)} aufzulösen in Quare? ^{g)} korr. zu archipresbiteris? ^{h)} callidus Hs. ⁱ⁾ cognoscat Hs.